

Discipul. Intellexi quòd aqua est frigida & humida.

*De naturis absconditis aquæ.*

Magister, dic modò quæ sunt naturæ absconditæ de aqua. Mag. Naturæ absconditæ de aqua sunt pondera, & leues solutiones. Discip. Nec ures laborare mecum, vt dicas mihi rationes per naturas absconditas de aqua: quia iam intelligo bene naturas quatuor elementorum, & naturam absconditam vniuscuiusq;: & rationes sunt omnia. Mag. Benedictus sis, quia tam bonum habes intellectum.

*De conuersione elementorum in alterutrum.*

Iam perfecimus rationes quatuor elementorum per naturas quæ sunt extrà, & quæ sunt infrà, modò debes scire vnuinquodque elementorum quomodo vertitur in naturam alterius elementi. Primum scias, quia cum decoquis aquam ad ignem tamdiu quòd non remaneat de ea non potest esse quòd omnino desinat esse, quia fumus efficitur, & fumus est aer: & aer est ignis. Si tu accendas lampadem, scis quod non viuet absque coniunctione aeris: Ergo aqua est ignis, & ignis vertitur in aquam per vim. Quomodo? Si tu accipias lampadem, & extinguas, ubi erat ignis vertitur in aerē: quia nō potest esse qd' corpus ignis